

Comment. In Danielelem

Hebr. 1. ficabant Deum . Et capite primo ad Hebraeos : Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis ; nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio . Hoc est, antiquis locutus est per prophetas, nobis autem per filium . Ita intelligunt nonnulli illud Genesis capite primo : In principio creauit Deus coelum & terram . Hoc est per principium: quod Ioan. 8. est Christus . Ipse enim apud Ioannem capite octauo interrogatus quis esset: Principium, inquit, qui loquor vobis . Poterit igitur hoc Danielis loco particula in accipi pro eum, & properi.

¶ *Præcepit, ut perirent.* Intolerabilis ira profecto: cum regem nihil minus deceat. Ut grandes & procella sunt in parte aeris terræ proxima ac citima: in suprema autem non inueniuntur: ibi enim summa viget serenitas & placibilitas: sic furor & ira & cæteræ huiusmodi tempestates est perturbant aliquando subditos, in dignitate tamen regni non debent mueniri, sed securitas & tranquillitas . Cum Christus ingredi vellet Hierosolymam mansuetudine ceptus, ait Mathæus capite 21. impletam fuisse hanc Zachariæ uaccinatione: Dicitur filia Sion: Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus . Castus, abstinentia, cætereq; huiusmodi virtutes regi quatenus homo est, quemadmodum aliis congruit hominibus: ac mansuetudo cum iustitia coniuncta conuenit illi, quatenus rex est . Ideo non ait: Ecce rex tuus uenit tibi castus, & abstinens, sed mansuetus. Quemadmodum Saturnus qui ex stellis errantibus summum tenet locum, motu naturali tardissimè agit in orbem: sic qui est in excelsa dignitate constitutus, nulla debet esse insana iracundia concitatus, sed leni animo ac remisso ad feruoritatem moueri, ne in re graui immanitate ducatur, & temere precipitetur . Nam ut ait in Prouerbis Salomon: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Et in Ecclesiaste: Ne sis uelox ad irascendum . Ut musicus citharæ uox chordas dissonantes non statim refecat, & abicit, sed sensum intendens aut remittens: ad concensum temperantiam addu-

cit: sic qui rempublicam gubernandam suscepit, leniter debet eos corrigere, qui in crimen inciderunt, non intemperanter punire, & protinus de medio tollerere: nisi aliter exigat iustitia, cuius habenda est ratio, ut respublica conferuetur . Aliquando enim feruente opus est . Sed debet princeps eos audire, & eum implorantibus aures præbere: Id quod nos habemus in Psalmo 19. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te: potest rectè ueri ex Hebræo: Domine saluum fac regem, qui exaudiat nos, quæcumque die inuocauerimus eum . Petebat populus à Deo regem, qui eos placate exaudiret.

Psal. 19.

¶ *Egressa sententia sapientes interficiebantur.* Pro sententia est in Chaldæo lex. Voluit impius tyrannus, ut eius sententia pro lege haberetur . Sed uidere, qualis fuerit sententia: crudelissima, & ex intolerabili superbia & iracundia deprompta. Solet principatus secum ferre aliquando superbiam, insolentiam, immanitatem, & alias huiusmodi peccata, & omnia, quæ se exultant esse ad omnia summa natos . His morbis obcaeci nonnulli principes non solum ipsi in tenebris versantur, sed aliis ipsas tenebras ostendunt: iacent omnia apud illos crassa ac terra caligine circumfusa . Promittens Deus fore regem Hierosolymæ ex progenie Dauidis, hæc protulit uerba capiti uidecimo libri tertii Regum mandata. Ut maneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem. Lucernam appellat reges, quod & ipsi illuminati esse debeant, & alios sapientia, iustitia, uirtute & exemplo illuminare . Ad eos illud potest accommodari, quod Deus ecclesiasticis dixit pontificibus: Vos estis lux mundi. At illi non lux, sed caligo dici merentur: qui effrenati sibi que præfidentes peruertunt: iura diuina atque humana, propter eum quem sibi ipsi opinionis errore sinxerunt principatum . Hinc efficitur, ut eorum decreta non leges aliquando, sed monstra & portenta dici mereantur . Lex domini, ut ait diuinus plures, est immaculata conuertens animas . Vel ut

3. Reg. 1

Matt. 5.

Psal. 18.

poit